



0cm  
1  
2  
3  
4  
5  
6  
7  
8  
9  
10  
11  
12  
13  
14  
15  
16  
17  
18  
19  
20  
21  
22





10831





numbers

123

123

21 Jan

Mulla enim rem  
dia que vulneris  
liberatur  
quamque sunt  
salutaria  
saluatoris iuxta

O Dom ap  
peamus domini nrae

per sanctum

christum

nam nra

Ogo deo inquit  
mia omnia omnia  
per te.

John  
H. L.

W<sup>m</sup> confesses it should appear in his command to his brother  
Benning or at least it has been written and signed before  
presented to him and you & the general in camp will  
be informed.

*Gentile* *decor* *picare* *H*

Marc-Frimbod Omnia mecum facit

~~Scorpius~~ ~~Scorpius~~ ~~Scorpius~~

Want to go  
within our own dominions & prefer  
economy in sending such supplies  
and work out among them  
by and a good Dolan and his  
assistant of the first rank

Monsieur le frere le confidant que le conseil des  
Maires de Paris m'a commandé

Monsieur et frere paroys que approuve ~~et accepte~~  
bonnes intentz ouy l'ltre de l'ltre par Rys de  
l'ordre ~~de~~ ce voulent desirer et accorde  
et auquel il est puy. Et Recours a tout  
tenu que ce ne conduiret de orgue  
au Report de Granoys faché en son  
frere que nullement a tellement perte l'ordre  
~~et~~ et au coulours le pris de Guist nuyt

Monsieur et frere que contre ce ne poyez ~~et~~ poyez  
feire fait vint d'auant l'ltre et l'entre lequel mesme  
fond ordreable ~~et~~ nullement tenu que ~~assez~~ nuyt  
poyez a faire feit estant ~~et~~ donez

Monsieur que le dehors poyez combier et que fairez  
nt de de la commun que nuyt a l'Université

Monsieur que fist d'auant que nuyt une promesse  
dans gentilhomme poyez ce voulent a

**W** M. Payer le somme de poyez le dehors  
que nuyt a ce gentilhomme ouvre que ~~est~~ poyez  
ouy mole nuyt ~~en~~ envoe a ce ouyde que ~~est~~ poyez  
pays a gants ~~en~~ envoe ~~est~~ poyez le dehors  
que nuyt a ce gentilhomme ouvre que ~~est~~ poyez  
qui est contente avoyde et venu

Monsieur en partie de poyez a ce gentilhomme que ~~est~~ poyez

Monsieur que nuyt ~~est~~ poyez a ce gentilhomme  
et poyez contente auyde ce venu de poyez

Monsieur que nuyt a ce gentilhomme que nuyt  
contente poyez telle et de la poyez que nuyt

que nuyt a ce gentilhomme que nuyt a ce a cord

P.S.

to fes demander moy estoys envoies a la court  
proces de luy fes obligacion de venir et moy fes  
faut pous les dispes du proces que pous voulrois  
choisis qoi ne demanday. Dont il esmeut estime  
valument ~~assez~~ deduable par qoy le  
~~meilleur~~ il esmeut ~~assez~~ bonnes et le meillor  
quo trouves of ales par la ville croyant  
font regle ne disent ~~que~~ Pautre Monsieur  
et fesoit il voud playez ne autre qy aste endroit  
il ne mende n'auoye boy admis et conseil regle  
et puyne hante ma leit vno puyne de Richelieu  
suppliation qut vno plait auer quid ~~que~~ de Grand  
auquelles ne maintenut a foyz Rendit vno a puyne  
qy si my Rendit ne auoye lete qy vostre endroit a puyne  
et vno de tout quitter sur voud offrir moy domino  
et puyne auquel le moy appelle ne recommande puyne  
et dit Guilleme et de Guy come auoyte bon gracie  
et a celle de madame selle via leur puyne et character  
moy dont qy faitz dessus et qoy vid desmeul

M

M

Monzoni et oncle nient l'offre que  
de vostre grace il voulz plus faire faire  
auant maintenir honeste L'offre que  
fe voulz au Ruy son le Ruy de Bretagne  
et Genou Ruy puyent en y puyent en y  
uler parde la voulz voire se presentat  
Reverendement a vostre honne grace et  
Mistresselle ma comte Pyot d'ord  
l'ord doceur y sante fayenne  
et longe viede. Fait 3856 13

*Ruy*

Res Mn 10831/7

MARCI TVL-  
lij Ciceronis Epi-  
stola ad Octauium.



PARISIIS,

Apud Thomam Richardum, sub Bibliis aureis,  
in regione collegij Remensis.

1555.

## ARGUMENTVM.

**C**

AEsare post receptas Hispanias expeditionem in Dacos, & inde in Parthos destinatè, Octauius præmissus Apolloniam, studiis vacauit. Utque primū occisum eum hæredémque se comperit, diu cunctatus an proximas legiones imploraret, id quidē cōfiliū ut præceps immaturūmque omisit. Cæterū vrbe repetita, hæreditatem adiit. Nihil autē conuenientius dicens, quām necem auunculi vindicare, tuerique acta, ad optimates, & ad Ciceronem maximè se contulit, quibus Antonium inuisum sentiebat. Veteranos, authore Cicerone, in suum ac Reipub. auxilium quanta potuit largitione cōtraxit. Iussusque comparato exercitu, pro Prætore esse, & cum Hircio & Pansa, qui consulatum suscepérant, D. Bruto opem ferre, demandatum bellum tertio mense confecit duobus præliis. Hoc bello cùm Hircius in acie, Pansaq; pōst ex vulnere, periissent, & cognouisset Antonium post fugam à M. Lepido receptum, cæterosque duces & exercitus consentire pro partibus: cauissim optimatum sine cunctatione deseruit. Hæc Suetonius. Initia cū Antonio & Lepido societate, imperio partito, proscriptionis tabula confecta, Cicerone morti destinato, iam populo tumultuante, præmittuntur equites in vrbe & paucæ legiones, quæ loca ad Quirinalem collem sita occuparēt. Trepidabat Senatus, cohortibus armatis circūseptus. Decernebat omnia metu, erant in Capitolio signa, in vrbe milites vagabantur, & in campo Martio castra ponebantur. Tum libertate penè deplorata, scripsit hanc epistolam. Mox effugit, ut in Macedoniam ad M. Brutum trāsitus, at in itinere cæsus est. Cætera leges in Plutarcho. Accusatio est. Status qualitatis. Genus ardens & patheticum. Præcipua vis eius in affectu & amplificationibus. In hoc epistolæ genere non alia vi artis est, quām in illa forensi accusatione. Quod si non missa, sed habita coram fuisset, sicut actio forēsis, ita & hæc orationis nomine diceretur, & certè quidem sic nominari potest.

arguētur.

*L*etatio cesare apollonia studiis batente cum fulvo cœlo et p̄lido. At vero vix nisi tribus  
se modus enī fallit in p̄lido. Sciat p̄tēt. Antonium confic ad amorem fortis distinctionem ad  
proculum habuisse in p̄la tenebris. Quod dominum exigit aut interfecto oblitus et p̄lido  
semper invidet p̄p̄t. Non p̄p̄t. Et ceteris. Et patrum. Seniorum maxima timoribus  
tricentis credidit. Apollonia letauit. Et ceteris. Et ceteris. Antonium h̄c confitit. Hunc  
tricentis confitit. Antonium. Vnde p̄p̄t. Et ceteris. Et ceteris. Antonium h̄c confitit. Hunc  
tricentis confitit. Hunc. Vnde p̄p̄t. Et ceteris. Et ceteris. Antonium h̄c confitit. Hunc



Externo amicis circuimus  
 pertuas legiones mibi licitum  
 fuisset, quæ nomini meo, popu-  
 loq; Ro. sunt inimicissimæ, ve-  
 nire in Senatum, coramque de-  
 Rep. disputare, fecissem: neque  
 tam libenter, quam necessario.  
 Nulla enim remedium quæ vul-  
 neribus adhibentur, tā faciunt  
 dolorem, quam quæ sunt salu-  
 taria. Sed quoniam cohortibus armatis circumseptus Senatus,  
 nihil aliud verè potest decernere, nisi timere, (in Capitolio si-  
 gna sunt, in vrbe milites vagantur, in campo castra ponun-  
 tur, & Italia tota legionibus ad libertatē nostrā conscriptis,  
 ad seruitutē adductis, equitatūq; exterarum nationum de-  
 tinetur) cedam tibi in præsentia foro, curia, & sanctissimis  
 deorum immortalium templis: in quibus reuiuiscente iā liber-  
 tate, deinde rursus oppressa, Senatus nihil consulitur, timeat  
 multa, assentitur omnia. Post etiā paulo, temporibus ita postu-  
 lantibus, cedā vrbe: quam per me conseruata, ut esset libera,  
 in seruitute videre no potero. Cedā vita: quæ quanquā soli-  
 citat, tamen, si profutura est Reip. bona spe posteritatis me-  
 consolatur: qua sublata, non dubitanter occidā, atque ita ce-  
 dā, ut fortuna iudicio meo, non animus mibi defuisse videa-  
 tur. Illud vero, quod & præsentis doloris est indiciū, & præ-  
 teritæ iniuriæ testimonium, & absentiū sensus significatio,  
 non prætermittam, quin, quoniam corā id facere prohibeοr,  
 absens profim. Siquidē mea salus aut utilis Reipub. est, aut

M.T.CIC.EPISTOLA

coniūcta certè publicæ saluti. Nam per deūm immortalium fidem (nisi forte frustra eos appello, quorum aures atque animus à nobis abhorret) pérque fortunam pop. Rō. (quæ quamquam nobis infesta est, fuit aliquando propitia, & ut spero, futura est) quis tā expers humanitatis, quis huius vrbis nomini ac sedibus usque adeò est inimicus, vt ista aut dissimilaret possit, aut nō dolere? aut si nulla ratione publicis incommodis mederi queat, non morte proprium periculum vitet? Nā vt ordinar ab initio, & perducam ad extremum, & nouissima conferā primis, quæ non posterior dies acerbior priorē: & quæ non insequens hora antecedēte calamitosior pop. Rom. illuxit? M. Antonius vir animi maximi (utinam etiam sapientis consiliū fuisset) C. Cæsare fortissimè, sed parum fæliciter à Reipub. dominatione semoto, cōcupierat magis regium, quam libera ciuitas pati poterat, principatum. Publicam dilapidabat pecuniam, ærarium exhauriebat, minuebat vectigalia, donabat ciuitates ex commentario. Dictaturam gerebat, leges imponebat, prohibebat Dictatorem creari legibus, Senatus consultis ipse repugnabat in Senatu, prouincias vnum omnes concupiebat. Cui sordebat Macedonia prouincia, quam victor sibi sumpserat Cæsar. quid de hoc sperare aut expectare nos oportebat? Extitisti tu vindex nostræ libertatis, vt tunc quidem optimus (quod utinam neque nostra nos opinio, neq; tua fides fecellisset) & veteranis in vnum conductis, & duabus legionibus à pernicie patriæ ad salutem auocatis, subito prope iam effectam ac prostratam Rempub. tuis opibus extulisti. Quæ tibi nō antè quam postulares, maiora quam velles, plura quam sperares, detulit Senatus? Dedit fasces, vt cum auctoritate defensorē habe-

ret, non ut imperio se aduersum armaret. Appellauit Imperatorem, hostium exercitu pulso tribuens honorem: nō ut sua cæde cæsus ille fugiēs exercitus te nominaret Imperatorem. Decreuit in foro statuam, locum in Senatu, summum honorem ante tempus. Siquid aliud est quod dari possit, addat. quid aliud est maius quod velis sumere? Sin autem supra etatem, supra consuetudinem, supra etiam mortalitatem tuam tibi sunt omnia tributa, cur aut ingratus crudeliter, aut immemor beneficij sui sceleratè circumscribis Senatum? Quò te misimus? à quibus reuerteris? contra quos armauimus? quibus arma cogitas inferre? à quibus exercitum abducis, & aduersus quos aciem struis? Cur hostis relinquitur, cuius hostis loco ponitur? cur castra medio itinere longius aduersariorum castris, & propius vrbe mouentur? O me nunquam sapientē, & aliquando id, quod nō eram, frustra existimatū. quantum te popule Romane de me fefelli opinio. O meam calamitosam, ac præcipitem senectutem. O turpem exacta dementiā; etate canitiē. Ego P. C. ad parricidium induxi, ego R. e. pub. fefelli, ego ipse Senatum sibi manus afferre coegi, cùm te Iunonium puerum & matris tuæ partum aureum esse dixi. At te fata patriæ Paridem futurum prædicabant, qui vastares vrbe incendio, Italiam bello, qui castra in templis deorum immortalium, Senatum in castris habiturus essem. O miseram, & in breuitam celerem, & tam variam Reipub. commutationem. Quisnam tali futurus ingenio est, qui possit hæc ita mandare literis, ut facta, non ficta videantur esse? Quis erit tanta animi facilitate, qui quæ verissimè memoria propagata fuerint, non fabulae similia sit existimaturus? Cogita enim Antoniū hostem iudicatum, ab

M.T.CIC.EPISTOLA

eo circunseßum Conf. Des. eundemq; Reipub. parentem. Te  
profectum ad Conf. liberandum, & hostem opprimendum:  
hostemque à te fugatum, & Conf. obsidione liberatum. De-  
inde paulò pòst fugatum illum hostem accersum, tanquam  
cohæredem mortua Rep. ad bona P. R. capienda. Cos. Des.  
rursum inclusum eò, vbi se non mænibus, sed fluminibus &  
montibus tueretur. Hæc quis conabitur exponere? quis cre-  
dere audebit? Liceat semel impunè peccasse, si erranti medi-  
cina confessio. Verum enim dicam, vtinam te potius Anto-  
ni dominum non expulsemus, quām hunc reciperemus: nō  
quòd vlla sit optāda seruitus, sed quia dignitate domini mi-  
nus turpis est fortuna serui. In duobus autem malis cùm fu-  
giendum maius sit, leuius est eligendum. Ille tamen ea exora-  
bat, quæ volebat auferre: tu extorques. Ille Cōſul prouincia  
petebat: tu priuatus cōcupiisti. Ille ad malorum salutem iu-  
dicia constituebat, & leges gerebat: tu ad perniciem optimo-  
rum. Ille à sanguine & incendio seruorum Capitolii tueba-  
tur: tu crux & flamma cūcta delere vis. Si qui dabat pro-  
uincias Cæſio & Brutis, & illis custodibus nominis nostri,  
regnabat: quid faciet, qui vitam adimit? si qui ex vrbe ejicie-  
bat, Tyrannus erat: quem hunc vocemus, qui ne locum qui-  
dem reliquit exilio? Itaque siquid illæ maiorum nostrorū se-  
pultæ reliquiæ sapiunt, si non vna cum corpore sensus omnis  
vno atque eodem consumptus est igni, quid illis interrogan-  
tibus quid agat nunc Pop. Ro. respondebit aliquis nostrū,  
qui proximus in illam æternam domū discesserit? aut quem  
accipient de suis posteris nuncium illi veteres Africani, Ma-  
ximi, Pauli, Scipiones? quid de sua patria audient, quā spo-  
lijs triūphisque decorarūt? an esse quendā annos XXXIII.

natum, cuius annus fuerit argentarius, ad stipulator pater, v-  
terque vero precarum fecerit quæstum, sed alter usque ad se  
neget utem, vt non negaret: alter à pueritia, vt non posset non  
confiteri: eum agere, rapere Rempub. cui nulla virtus, nullæ  
bello subactæ, & ad imperium adiunctæ prouinciaæ, nulla di-  
gnitas maiorum conciliaasset opem potentium, sed forma per  
dedecus pecuniam & nomen nobile conseleratum impudi-  
citiæ dedisset: veteres vulneribus & ætate cofectos Iulianos  
gladiatores, egetes reliquias Cæsaris, ludi ad rūdem compu-  
lisset, quibus ille septus omnia misceret, nulli parceret, sibi vi-  
ueret, qui tanquam in dotali matrimonio Rempub. testa-  
mento legatam sibi obtineret. Audient duo Decū seruire  
eos ciueis, qui, vt hostibus imperarent, victoriæ se deuouerūt.  
Audiet C. Marius impudico domino parere nos, qui ne mi-  
litem quidem habere voluit nisi pudicum. Audiet Brutus eñ  
populum, quem ipse primò, post progenies eius à regibus libe-  
ravit, pro turpi stupro datum in seruitutem. Quæ quidem si  
nullo alio, me tamen internuncio ad illos celeriter deferetur.  
Nam si viuus ista subterfugere non potero, vna cum istis vi-  
tam simul fugere decreui. Vale.











